

Multa senem circumveniunt incommoda; vel quòd
 Quærit, et inventis miser abstinet, ac timet uti, 170
 Vel quòd res omnes timidè gelidèque ministrat;
 Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri:
 Difficilis, querulus, laudator temporis acti
 Se puero, censor, castigatorque minorum.
 Multa ferunt anni venientes commoda secum. 175
 Multa recedentes adimunt. Ne fortè seniles
 Mandentur juveni partes, pueroque viriles,
 Semper in adjunctis ævoque morabimur aptis.
 Aut agitur res in scenis, aut acta refertur:
 Segniùs irritant animos demissa per aurem, 180
 Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus, et quæ
 Ipse sibi tradit spectator. Non tamen intus
 Digna geri promes in scenam; multa que tolles
 Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens:
 Nec pueros coram populo Medea trucidet; 185
 Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus;
 Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem:
 Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.
 Neve minor, neu sit quinto productior actu
 Fabula, quæ posci vult, et spectata reponi: 190
 Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
 Inciderit: nec quarta loqui persona laboret.

Se afana el viejo por buscar tesoros,
 De que á usar no se atreve, si los halla;
 Timido es para todo, irresoluto,
 Apático, de pocas esperanzas,
 De contentar difícil, quejumbroso;
 Codicia el largo porvenir que aguarda,
 Elogia siempre el tiempo en que era niño,
 Y á los jóvenes riñe y los maltrata.
 Mil bienes traen al venir los años,
 Y mil cuando se van nos arrebatan;
 Y así, porque el rapaz nunca del hombre,
 Ni el jóven del anciano el papel haga,
 Es fuerza penetrarnos de las cosas
 Que á cada edad conyienen y se adaptan.
 O los hechos suceden en la escena,
 O en ella los sucesos se relatan.
 Lo que por los oídos entra, mueve
 Menos que aquello que á la vista pasa,
 Y el espectador mismo por sí toca.
 Mas no al teatro saques circunstancias
 Que pasar deben dentro, y sin ser vistas,
 Aparecer en relacion gallarda.
 No del pueblo á la faz sus hijos mate
 Medea atroz, ni cueza las entrañas
 De sus sobrinos el malvado Atreo,
 Ni en ave sea Progne trasformada,
 Ni en dragon Cadmo: tales maravillas
 Yo no las creo, y ademas me espantan.
 Actos cinco, escritores de teatro,
 Ni mas ni menos tenga todo drama,
 Que mirar repetido se desee,
 Y que le admire el público y le aplauda.
 Nunca intervenga un dios, si su presencia
 No es para el desenlace necesaria;
 Ni hablen en una escena cuatro actores.

Actoris partes chorus officiumque virile
 Deffendat: neu quid medios intercinat actus,
 Quod non proposito conducat et hæreat aptè: 195
 Ille bonis faveatque et consilietur amicè;
 Et regat iratos, et amet peccare timentes:
 Ille dapes laudet mensæ brevis; ille salubrem
 Justitiam, legesque, et apertis otia portis:
 Ille tegat commissa, Deosque precetur et oret, 200
 Ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis.
 Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque
 Æmula; sed tenuis, simplexque, foramine pauco,
 Aspirare, et adesse choris erat utilis, atque
 Nondum spissa nimis complere sedilia flatu: 205
 Quo sanè, populus numerabilis, utpote parvus,
 Et frugi castusque verecundusque coibat.
 Postquam cœpit agros extendere victor, et Urbem
 Latior amplecti murus, vinoque diurno
 Placari Genius festis impunè diebus; 210
 Accessit numerisque modisque licentia major.
 Indoctus quid enim saperet, liberque laborum,
 Rusticus urbano confusus, turpis honesto?
 Sic priscae motumque et luxuriam addidit arti
 Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem: 215
 Sic etiam fidibus voces crevere severis,
 Et tulit eloquium insolitum facundia præceps:
 Utiliumque sagax rerum, et divina futuri
 Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

De un interlocutor el papel haga
 El coro, y nada entre los actos cante
 Que á la accion no conduzca, ó que distraiga.
 Al bueno favorezca y aconseje,
 Restituya al colérico la calma;
 A aquellos ame que horroriza el crimen;
 Loe la sobriedad, las leyes santas,
 Y la justicia y de la paz los bienes;
 Recate los secretos que le encargan;
 Y pida al cielo que la suerte al triste
 Mire propicia, y al soberbio airada.
 La flauta no fue siempre como ahora
 Rival de la trompeta, ni ostentaba
 Con metal rico unidas sus junturas.
 De una pieza no mas era la caña,
 Con pocos agujeros, y voz débil,
 Solo para que al coro acompañara,
 Y se oyese en teatros, concurridos
 De poca gente, aunque frugal y honrada.
 Estendió luego Roma sus conquistas,
 Y el recinto ensanchó de sus murallas;
 En los dias de fiesta impunemente
 Al placer se entregó de vino y danza,
 Y en la música y versos se introdujo
 Cierta licencia nunca autorizada;
 Pues ¿cómo un Labrador rudo y ocioso,
 Por mas que á gentes cultas se asociara,
 Podia ser urbano y comedido?
 Entonces lujo el tañedor de flauta
 Añadió y movimiento al arte antiguo,
 Y rico manto paseó en las tablas;
 Tomó el laud severo nuevos tonos,
 La facundia empleó frases hinchadas,
 Y ya el coro anunciase lo futuro,
 O advertencias tal vez hiciese sábias.

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum, 220
 Mox etiam agrestes Satyros nudavit, et asper
 Incolumi gravitate jocum tentavit; eò quòd
 Illecebris erat et gratà novitate morandus
 Spectator, functusque sacris, et potus et exlex.
 Verùm ita risores, ita commendare dicaces 225
 Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo;
 Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,
 Regali conspectus in auro nuper et ostro,
 Migret in obscuras humili sermone tabernas,
 Aut dum vitat humum, nubes et inania captet. 230
 Effutire leves indigna tragedia versus,
 Ut festis matrona moveri jussa diebus,
 Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.
 Non ego inornata et dominantia nomina solùm,
 Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo: 235
 Nec sic enitar tragico differre colori,
 Ut nihil intersit Davusne loquatur, et audax
 Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,
 An custos famulusque Dei Silenus alumni.
 Ex noto fictum carmen sequar: ut sibi quisvis 240
 Speret idem; sudet multùm, frustra que laboret
 Ausus idem: tantùm series junctura que pollet:
 Tantum de medio sumptis accedit honoris.
 Silvis deducti caveant, me iudice, Fauni,

Su lenguaje enigmático el estilo
 Del oráculo delfico imitaba.
 Despues, el que de un vil macho cabrío
 Con la tragedia disputó la palma,
 Sátiros záfios presentó desnudos,
 Y con la gravedad unió la chianza;
 Pues al salir del templo era forzoso
 Entretener con novedades gratas
 A las turbas beodas y sin seso.
 Quien piezas de este género trabaja,
 Debe desde lo sério á lo festivo
 De tal modo pasar, que de oro y grana
 Un dios ó un semi-dios antes cubierto,
 No emplee luego frases tabernarias,
 O encaramarse á la region del viento,
 Quiera por no incurrir en la otra falta.
 Rechaze la satírica tragedia
 Las ideas jocosas ó livianas,
 Y en medio de los Sátiros malignos
 Pura se muestre, cual matrona casta
 Bailando en una fiesta religiosa.
 No emplearia solo en estos dramas
 Yo espresiones vulgares ó groseras;
 Ni asi al trágico estilo renunciára,
 Que me olvidase de si hablaba Davo,
 O Pitias, que á Simon su oro rebaña,
 O Sileno, ayo y fámulo de Baco.
 Sobre hechos ciertos forjaria tramas
 De modo que cualquiera presumiese
 Hacer lo mismo, y al probar su audacia
 Sudase mucho y se afanase en vano.
 A tanto el órden y el enlace alcanzan:
 Tanto los argumentos mas triviales
 La inteligencia ó la atencion realza.
 Mas no Faunos sacados de los bosques,

Ne velut innati triviis , ac penè forenses , 245
 Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam,
 Aut immunda crepent ignominiosaque dicta.
 Offenduntur enim quibus est equus , et pater et res;
 Nec si quid fricti ciceris probat et nucis emptor ,
 Æquis accipiunt animis donantve coronâ. 250
 Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus,
 Pes citus: unde etiam trimetris accrescere jussit
 Nomen iambeis , cum senos redderet ictus,
 Primus ad extremum similis sibi: non ita pridem,
 Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures , 255
 Spondeos stabiles in jura paterna recepit
 Commodus et patiens , non ut de sede secundâ
 Cederet , aut quartâ socialiter. Hic et in Acci
 Nobilibus trimetris apparet rarus et Enni.
 In scenam missus magno cum pondere versus 260
 Aut operæ celeris nimium , curâque carentis ,
 Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
 Non quisvis videt immodulata poemata iudex ;
 Et data Romanis venia est indigna poetis.
 Idcircone vager , scribamque licenter ? an omnes 265
 Visuros peccata putem mea , tutus , et intrâ
 Spem veniæ cautus ? Vitavi denique culpam ,
 Non laudem merui. Vos exemplaria Græca
 Nocturnâ versate manu , versate diurnâ.
 At nostri proavi Plautinos et numeros et 270
 Laudavere sales : nimium patienter utrumque ,
 Ne dicam stultè , mirati : si modò ego et vos

Cual si en calles criáranse ó en plazas ,
 Entonen blandos cantos juveniles ,
 Ni á injurias precipítense ni infamias.
 Esto al honrado ofende , al noble , al rico ,
 Por mas que el populacho ruin lo aplauda.
 Silaba larga tras de breve forma
 Un pie yambo , medida acelerada ,
 Tanto , que el verso yámbico por eso
 Generalmente trimetro se llama ,
 Aunque seis golpes dé. De yambos este
 Desde el principio al fin antes constaba:
 Pero despues de sus derechos parte ,
 Por adquirir mas dignidad y pausa ,
 Cedió al grave espondeo , aunque guardando
 Para el yambo segunda y cuarta plaza.
 En los trimetros nobles de Accio y Enio
 Esta combinacion suele ser rara ;
 Y versos que á la escena recargados
 De espondeos durísimos se lanzan ,
 O prisa y falta de atencion arguyen ,
 O de su autor acusan la ignorancia.
 No entienden todos de juzgar cadencias ,
 Y sobre aqueste artículo se trata
 Con sobrada blandura á los poetas.
 Pero ¿ debe alentarme esta esperanza
 Para infringir la regla , ó convencido
 De que cualquiera notará mis faltas ,
 Descansar debo , del perdon seguro ?
 Perdon podré obtener , mas no alabanza.
 Vosotros los escritos de los griegos
 Pisones , estudiad , tarde y mañana.
 No digais que de Plauto nuestros padres
 Ensalzaron los versos y las gracias ;
 Pues si nosotros distinguir sabemos
 Del chiste agudo la grosera chanza ,

Scimus inurbanum lepidò seponere dicto,
 Legitimumque sonum digitis callemus et aure.
 Igotum tragicæ genus invenisse Camenæ 275
 Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis,
 Quæ canerent agerentque, peruncti fœcibus ora.
 Post hunc, personæ pallæque repertor honesta
 Æschylus, et modicis instravit pulpita tignis,
 Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno. 280
 Succesit vetus his comœdia, non sine multa
 Laude: sed in vitium libertas excidit, et vim
 Dignam lege regi: lex est accepta; chorusque
 Turpiter obtulit, sublato jure nocendi.
 Nil intentatum nostri liquere poetæ; 285
 Nec minimum meruere decus, vestigia Græca
 Ausi deserere, et celebrare domestica facta,
 Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
 Nec virtute foret clarisve potentius armis,
 Quàm linguâ, Latium, si non offenderet unum—290
 Quemque poetarum limæ labor et mora. Vos, ô
 Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
 Multa dies et multa litura coercuit, atque
 Præsectum decies non castigavit ad unguem.
 Ingenium miserâ quia fortunatius arte 295
 Credit, et excludit sanos Helicone poetas

Y juzgar con el dedo y el oido
 Números y cadencias arregladas,
 En alabar á Plauto nuestros padres
 Mostraron mas bondad que perspicacia.
 De Tespis, inventor de la tragedia,
 En carretas se dice que llevaba
 Cantando y declamando sus actores,
 La faz de heces de vino embadurnada.
 Levantóles Esquilo un tabladillo,
 Máscara dióles, vestimenta larga,
 Alto coturno y relevante estilo.
 Sucedió á esta tragedia mejorada,
 No sin gran loa, la comedia antigua.
 La libertad degeneró en audacia
 En breve: fue forzoso reprimirla:
 Dictáronse pues leyes, y quitada
 La facultad de maldecir, el coro
 Enmudecer debió con mengua y rabia.
 En todos estos géneros las plumas
 Un tiempo ejercitáronse romanas;
 Mas nunca con tal gloria, como cuando
 De los griegos dejaron las pisadas,
 Y trágicos y cómicos asuntos
 Sacaron de hechos y costumbres patrias.
 Y hoy tan grande seria por su lengua
 Roma, cual por su brio y por sus armas,
 Si no sintiesen tanto los poetas
 Sus obras encerrar y retocarlas.
 Pisones, descendientes del gran Numa,
 Condenad los poemas que con pausa
 La lima no pulió, y hasta diez veces
 No enmendó una atencion prolija y sábia.
 Porque dijo Demócrito que vale
 El noble ingenio mas que el arte baja,
 Y escluyó del Parnaso á los juiciosos,

Democritus, bona pars non unguis ponere curat,
 Non barbam; secreta petit loca, balnea vitat.
 Nanciscetur enim pretium nomenque poetæ,
 Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam 300
 Tonsori Licino commiserit. O ego lævus,
 Qui purgor hilem sub verni temporis horam!
 Non alius faceret meliora poemata. Verùm
 Nil tanti est. Ergo fungar vice cotis, acutum
 Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. 305
 Munus et officium, nil scribens ipse, docebo;
 Unde parentur opes; quid alat formetque poetam;
 Quid deceat, quid non; quò virtus, quò ferat error.
 Scribendi rectè sapere est et principium et fons.
 Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ, 310
 Verbaque provisam rem non invita sequentur.
 Qui didicit patriæ quid debeat, et quid amicis;
 Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes;
 Quod sit conscripti, quod iudicis officium; quæ
 Partes in bellum missi ducis; ille profectò 315
 Reddere personæ scit convenientia cuique.
 Respicere exemplar vitæ morumque jubebo
 Doctum imitatore, et veras hinc ducere voces.
 Interdum speciosa locis, morataque rectè
 Fabula, nullius veneris, sine pondere et arte, 320

Muchos dejan crecer uñas y barba,
 Buscan la soledad, huyen los baños,
 Y de vate ganar creen la palma,
 Con no poner en manos de Licino
 Sus pobres cholas, que á curar no alcanza
 El eléboro todo de Anticira.
 ¡Nécio yo, que la bilis que me inflama
 Con un purgante evacuo en primavera!
 Pues sinó, ¿qué poeta me igualara?
 Mas no queriendo serlo á tanta costa,
 Con ser cual piedra de amolar me basta,
 Que hace al hierro cortar, sin cortar ella:
 Y así diré, sin escribir yo nada,
 Cuáles de un escritor son los deberes;
 De dó el caudal poético se saca;
 Qué sostiene y qué forma á un buen poeta;
 Cuáles cosas convienen, cuáles dañan;
 A dónde el error lleva, á dónde el arte.
 La primera y mas útil circunstancia
 Para bien escribir es el buen seso.
 Los escritos de Sócrates repasa,
 Y cuando en las ideas estés firme,
 Se vendrán á la pluma las palabras.
 El que conoce bien lo que se debe
 A padre, amigo, huésped, deudo y patria;
 El que sabe de jueces, senadores
 Y generales las funciones altas,
 Dará sin duda á todo personage
 Carácter y espresiones adecuadas.
 Quien la naturaleza imitar quiera,
 En la vida y costumbres estudiarla
 Deberá de los hombres; de este modo
 La pintura será viva y gallarda.
 Con tal que por exactos caractéres
 La atencion llame y por sentencias claras,

Valdius oblectat populum, meliusque moratur,
 Quàm versus inopes rerum nugæque canoræ.
 Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
 Musa loqui, præter laudem nullius avaris.
 Romani pueri longis rationibus assem 325
 Discunt in partes centum diducere. — Dicat
 Filius Albini, si de quincunce remota est
 Uncia, quid superat? — Poteras dixisse: Triens.
 —Eu!
 Rem poteris servare tuam. Redit uncia: quid fit?
 —Semis. An hæc animos ærugo et cura peculi 330
 Cum semel imbuerit, speramus carmina fingi
 Posse linenda cedro, et levi servanda cupresso?
 Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ,
 Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.
 Quidquid præcipies, esto brevis; ut citò dicta 335
 Percipiant animi dociles, teneantque fideles:
 Omne supervacuum pleno de pectore manat.
 Ficta voluptatis causâ sint proxima veris:
 Nec quodcumque volet, poscat sibi fabula credi:
 Neu pransæ Lamia vivum puerum extrahat al-
 vo. 340
 Centuriæ seniorum agitant expertia frugis:
 Celsi prætereunt austera poemata Ramnes.
 Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,
 Lectorem delectando, pariterque monendo.
 Hic meret æra liber Sosis; hic et mare transit; 345

Divierte muchas veces mas al pueblo
 Una pieza sin brillo, nervio y gracia,
 Que los versos vacíos de sentido,
 Y estrépito armonioso y sin sustancia.
 A los griegos, de gloria solo avaros,
 Dióles Apolo ingenio y elegancia;
 Y en dividir en céntimos la libra
 Piensa no mas la juventud romana.
 —Hijo de Albino, dime: ¿cuántas onzas
 Quedan, si una de cinco se rebaja?
 —Responderás que el tercio de una libra.
 —Bueno, y ¿cuando una mas á cinco añadas?
 —Media libra, dirás. — ¡Bravo! ya puedes
 Cuidar de tu caudal y de tu casa.
 ¿Quién, quién esperará que un dia versos
 Dignos del cedro y del cipres se hagan,
 Cuando de los domésticos apaños
 Llegue el orin á inficionar las almas?
 O instruir ó agradar quiere el poeta,
 O el deleite mezclar en la enseñanza.
 Si das reglas, sé breve: los preceptos
 Se conciben mejor, mejor se graban
 Quanto mas cortos: en cabeza llena
 Rebosa lo supérfluo, y se derrama.
 Verosimiles sean las ficciones,
 Si de agradar con las ficciones tratas:
 No cuantos lances un asunto ofrezca
 A presentar te atrevas en las tablas;
 Ni al recién engullido rapazuelo
 Quieras sacar del vientre de una Lamia.
 Los viejos lo que es frívolo desdeñan,
 Lo que es sério los jóvenes rechazan:
 El medio de ganar todos los votos
 Es mezclar lo que instruye á lo que agrada.
 Pasa asi un libro el mar, y oro á los Sosias